

Et funes extendérunt in láqueum : \* juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino : Deus meus es tu : \* exáudi Dómine vocem deprecationis meæ.

Dómine, Dómine virtus salútis meæ : \* obumbrásti super caput meum in die belli :

Ne tradas me Dómine a desidério meo peccatóri : \* cogitavérunt contra me, ne derelíquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum : \* labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, ꝑ in ignem dejícies eos : \* in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra : \* virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis : \* et vindictam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo : \* et habitábunt recti cum vultu tuo.

Psalmus 140.

DOMINE clamávi ad te,

exáudi me : \* inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátko mea sicut incénsum in conspéctu tuo : \* elevátio mánum meárum sacrificiúm vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo : \* et óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiaæ, \* ad excusáandas excusatiónes in pecatís.

Cum homínibus operántibus iniquitátem : \* et non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, et increpábit me : \* óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátko mea in beneplácitis eórum : \* absórpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérint : \* sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum : ꝑ quia ad te Dómine, Dómine óculi mei : \* in te sperávi, non áuferas ánimam meam.